

1726.

1. Besicrus, Fr. Faculus: Animadversiones physico-medical
2. Cordes, Antonius: Imperia legalia
3. Cramerus, Georg Christophorus: Relationes bonorum
Cunprium equestrium ad manus mortuas perstatu
tum prohibita.
4. Dintinus, Georgius Filivius et Cordes, Antonius:
De ordine quorundam creaturarum peculiarium in coe-
lura.
5. Ellrod, Jo. David: De pulveribus sacris veterum
Romanorum.
6. Fichtnerus, Joh. Georgius: Pervi fures res pendentes,
magis illustrantur, vel in crumena punitantur
huc marsupio recedantur
7. Fichtnerus, Joh. Georg: De eo, quod iustum est
circa clavis et claustra.

8..



7. 7.
DISSERTATIO IVRIDICA
DE

EO

QVOD IVSTVM EST
CIRCA CLAVES
ET CLAVSTRA

QVAM

PRÆSIDE

IOH. GEORG. FICHTNERO

IVRIVM DOCTORE ET PANDECTARVM
PROF. PVBL.

PERILLVSTRIS REIPVBL. NORIM-
BERGENSIS CONSILIARIO

PLACIDAE COMMILITONVM VENTI-
LATIONI EXPONIT

RESPONSVRVS AVTOR

IACOBVS GVILIELMVS CHRISTIANVS
ROSENHARD

DICTVS GLOCKENGIESER A GLOCKENHOFF
NORIMBERGENSIS

AD D. FEBR. A. R. S. MDCCXXVI.

ALTORFII

LITERIS MAGNI DANIELIS MEYERI





Q. D. B. V.
DISSERTATIO IVRIDICA
DE
EO QVOD IVSTVM EST
CIRCA CLAVES ET CLAVSTRA.

§. I.



Uamvis aliàs ex præscripto sanctarum rectæ
methodi legum, ante omnia verborum signi-
ficationes, ceu oris cordisque claustra & claves
evolvendæ & resolvendæ sint; attamen in
præsenti hac dissertazione, nos, certantium
Grammaticorum & Logicorum rixosorum dæ-
daleis claustris et vexillis immiscere nolumus; præprimis, quia
(ut ita dicamus) etiam lippis atque tonsoribus notissima clavium
atque claustrorum est significatio. Relictis igitur hisce tricis &
apinis logico grammaticis, ad amœna potius Juris nostri castra,
& hæredia, sive rem ipsam explicandam propius procedimus;
ubi ante omnia, ceu helice & cynosura futura notandum; quod
istud Iustum, circa claves & claustra, partim sit ex Jure divino,
partim humano. Ex illo est potestas clavium, per quam deno-
tatur potestas solvendi ac ligandi, sive remittendi ac retinendi
peccata. Inde etiam vocatur clavis ligans & solvens, Ecclesiæ
ministris commissæ, germ. *der Bind- und Löß-Schlüssel*; sicuti
omni-

omnium fere optime tradidit & explicuit Caspar Ziegler in *Tract. de Episcop. cap. 10.* Cujus verba, cum rem bene illustrent, & hic apprime faciant, potius integra, & bona fide transcribere, quam more quorundam aliorum (qui aliena pro suis venditare, acumen ingenii sui ostentare, novitati & subtilitati studere, vanamque plerumque gloriam aucupari solent) mutilate allegare maluimus. Sic autem ille, Christus, inquit, in his terris regnum suum extructurus, tantam dedit potestatem Discipulis suis, quantum eis sufficientem iudicavit, & ut ostenderet nobis, quid commodi humano generi afferret, ministerium verbi & Sacramentorum a se institutum, geminam adhibuit similitudinem; unam clavium, alteram ligandi & solvendi, sed quæ utraque eandem potestatem exprimit. Sic enim ait *Matth. 18. 19.* ad Petrum & Apostolos reliquos: *Et tibi dabo claves Regni cælorum, & quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum in cælis, & quodcunque solveris super terram, erit solutum in cælis.* De clavibus dum loquitur, cælum domicilium esse statuit, in quod nullus hominibus pateat ingressus, nisi fores referentur. At enim nobis omnibus, qui ab Adamo primo parente descendimus, clausum est cælum, sicut Adamo ipsi paradysus, propter innumera, quæ hæreditaria habemus, & quotidie ipsi committimus, peccata. Quandoquidem non intrabit in illud, inquinatum aliquod, aut abominationem faciens & mendacium. *Apoc. XXI. 27.* Postquam autem Deus Pater, Filium suum misisset in mundum, & Filius hic vicissim Apostolos suos eodem modo misisset, quo Pater ipsum, ad prædicandum scilicet verbum divinum, eum in finem, ut iis, qui respicerent & crederent, peccata remitterentur: non autem remitterentur illis, qui increduli persisterent, & gratiam omnem respuerent; tum auctoritatem concessit, quasi aperiendi cælum fidelibus, claudendi vero imprimis & contumacibus. Atque hoc claudendi aperiendique munus, quia clavium opera in ædibus exerceri solet, & œconomus clavem habere dicitur, qua domum aperiat & claudat: ideo Christus, ædium suarum domi-

dominus ipse, & primarius Dei domus Oeconomus, dicitur habere clavem Davidis, *Apoc. VIII. 7.* Et cum is porro alios sub se oeconomus habere vellet, qui ita dicuntur *1. Cor. IV. 1.* dedit eis, ad sustinendum hoc suum munus, claves regni coelorum, quibus aperire & claudere illud possent.

§. II.

Quod etiam altera comparatio, nimirum solvendi & ligandi similitudo, ad eundem finem spectet, ex sequentibus facile colligere licet. Cum enim natura simus filii iræ, peccatis penitus immergi, atque hinc morti æternæ obnoxii, peccata autem perinde adstringunt & vincunt animam, uti funes corpus, & infiniti dolores mortis catenis similes sunt, quibus impii in tartaro, veluti in carcere ligantur; hinc adeo, quibus peccata remittuntur, a peccati funibus, æternisque mortis catenis non male solvi dicuntur; quibusque peccata retinentur, illi ligati permanent. Illi enim soli condemnabuntur, quorum sunt retenta peccata, ut catenis caliginis vinciantur; soli illi servabuntur, quorum peccata remissa sunt, quibusque proinde soluti funes animam pessime constringentes. Et huc pertinet illud Hieronymi: Funibus peccatorum suorum unusquisque constringitur, quos funes & quæ vincula solvere possunt Apostoli imitantes Magistrum suum, qui eis dixerat: *Quaecunque ligaveritis in terra &c.* Eadem igitur ratione, qua Christus dicitur missus fuisse ad proclamandam captivis libertatem, & vinctis aperturam ergastuli: etiam ministri eius, quibus hoc prædicandum commisit, ligare & solvere, retinere & remittere peccata dicuntur. Atque adeo utrumque loquendi genus idem innuit, quod clavibus significatur. Nam ligare & retinere peccata, nihil aliud est quam claudere. Idem etiam solvere & remittere, quod aperire regnum coelorum. Quandoquidem claves regni coelorum nihil aliud sunt, quam potestas ligandi & solvendi, remittendi & retinendi peccata. Et Christus, cum claves promitteret, illam potestatem dare promisit; & illam potestatem cum daret, claves dedit.

Proinde Abulensis in *Matth. XVI. 76.* inquirens, quid illud sit, in quo solvitur quis & ligatur per claves? decernit, claves super peccatum habere usum suum solvendo & ligando.

§. III.

Ex his igitur plus quam manifesto patescit, quis sit verus ac genuinus clavium, & insimul horum verborum significatus, quando Christus ad Petrum dixit: *Dabo tibi claves cælorum.* Notanter autem dixit, *regnî cælorum, non regnî terrarum,* ut innueret, hanc potestatem se non ad temporalia & mundana, sed ad spiritualia tantum extendere. Neque ex isto loco quicquam aliud certo colligi potest, quam spiritualis potestas, quæ ad Ecclesiæ regimen necessaria est. Sicut enim Ecclesia ipsa, ex Christi institutione, non temporalis, sed spiritualis est Respublica; ita etiam omnem potestatem spiritualem Reipubl. accommodatam habere debet. Et proinde, *solvere & solutio,* non de temporalis, sed de spirituali tantum solutione intelligenda sunt. Hinc recte colligit Franciscus Suarez, celeberrimus Societatis Jesu Theologus, verba illa: *Erit ligatum in cælo;* satis declarare, potestatem hanc non esse naturalem, sed supernaturalem, & ligamen istud esse spirituale, & superioris Ordinis. Complectuntur autem claves illæ, totam eam functionem atque potestatem, qua perficiuntur omnia, quæ sunt necessaria ad regnum Christi promovendum, & Ecclesiam gubernandam, qua Ministri verbi, dignis thesauros Evangelii aperiunt, eosque ad possessionem & usum fructum admittunt, indignis occludunt, eosque procul a regno Dei arcent.

§. IV.

Non est igitur, ut in vocabulo clavium singulare aliquod quærat mysterium: cum, ut supra dictum, hæc duo: *habere potestatem ligandi et solvendi, & habere potestatem clavium;* æque late pateant. Nam clavium usus, ultra peccata se non extendit. Et talis etiam est potestas ligandi & solvendi. Ipsum vocabulum clavis hoc satis exprimit; Translatum enim est istud, uti

uti ex Bonaventura notat Altenstaig. in *Lexic. Theolog.* a corporalibus ad spiritualia. In corporalibus, clavis est instrumentum ad removendum aliquod obstaculum. Et quoniam in spiritualibus invenimus obstaculum ingrediendi in regnum coeleste; necesse est, illud remove; ideo ad spiritualia, nomen clavis transferimus, vocantes clavem illam virtutem, per quam obstaculum, ut est peccatum, removetur, sive per quam excluditur, vel includitur. Inde etiam hæc clavis spiritualis a Doctoribus communiter triplex esse dicitur: (1) *Autoritatis*, quæ ad Deum spectat, (2) *Excellentiæ*: quæ ad Christum hominem, & (3) *Ministerii*, quæ ad Sacerdotes. Cuius rei seu materiei ulteriorem explicationem, ne Iudicii nostri falcem in alienam segetem mittere videamur, Theologis non immerito relinquimus, nosque ad Jus humanum convertimus.

§. V.

Cum autem huius studii duæ sint positiones, Publicum scilicet & Privatum, *§. f. Inst. de Inst. & Iure.* idcirco de utroque nobis erit agendum. Ad prius quod attinet, certe infinitum ingrederemur campum, si omne id, quod in isto Jure, sc. publico, circa claves & claustra reperitur justum, indicare vellemus. Verum enim vero, cum iuxta ductum modo cit. *§. fin.* principaliter dicendum sit de jure privato; idcirco nobis suffecerit, ex illo faltem unum atque alterum & quidem primo omnium istud enodasse: quod Divi Petri Apostoli claves, sint Pontificis Rom. Max. Insignia sive Arma; de quibus referre placet ea, quæ commemorat Theod. Hœpingk. *de Jur. Insign. sive Armor. Part. 1. cap. 6. n. 2.* his verbis: Postquam tempore Greg. Magn. circa An. C. 590. coeperat inter Romanam & Constantinopolitanam Ecclesiam de primatu controversia, adeo, ut cum Ioannes Constantinopolitanus Episcopus in Græcorum Synodo, pro universali Patriarcha proclamaretur, Mauritiusque Imperator, Gregorio Rom. Pontifici obedire Constantinopolitano Patriarchæ mandaret; Gregorius contra probare studeret: *Roma Petro claves traditas;*

ditas; & ideo Romanam sedem in servitutem Episcopi Constantinopolitani redigi passus non esset; inde factum, ut Successores Gregorii, primatum, Phocæ Imp. auxilio, obtinentes, paulatim non solum in auctoritatem Principum, Pontifices eveherentur, sed & clavium Insignia sibi adscriberent. Hæc tamen Insignia, hasque claves, ut seculares quandoque contempsere; sicuti de Comite Registenfi in *cap. ult. de pen. dicitur, quod juri parere pertinaciter renuerit, Claves Ecclesiæ contemnendo*: Ita quoque Gregorius IX. de Prælatiis, & in specie de Calubriensi in *cap. tanta est. 18. X. de Excessib. Pralat.* conqueritur. Imo non solum ex ipsis Pontificibus repertos fuisse, dicitur, quibus Pontificiæ claves cito displicuerint, uti de Coelestino V. refert Platina in ejus vita p. 230. & seq. *Henr. Schorus in Breviar. Pontif. Rom. cap. 9. §. post Martinum in fin. C. p. 14. b.*; sed etiam, qui in Tyberim projecerint, uti de Julio II. Papa, D. Petri Clavem in Tyberim projiciente, proditum est. Hic cum militiâ magis, quam Sacerdotio præstaret, exercitu comparato, Româ, in Galliam infesto animo contendit, & armatas suas copias, ipse lorincatus, ex urbe per Tyberis pontem eduxit, multisque hominum millibus hæc pronuntiavit: Quando nobis Claves Petri nihil profunt, age, Gladium Petri distringamus; ac simul claves, quas secum attulerat, in Tyberim projecit, gladiumque vaginâ eduxit. Hoc gladio, quos tumultus, quam stragem ediderit, apud Historicos tritum: ita, ut septem annorum spacio, ultra bis centies mille Christianos neci dederit: cum nunc Venetorum, nunc Galliæ Regis, nunc Ferrariæ Ducis, nunc Bentivolorum hostem se proferetur, nunc totam Italiam bellis turbaret, involveret, misceret. Arnold. Ferronius, Onuphr. in *histor. Balæus Lib. 7.* & obscure tectèque Platina in *vita Julii II. in fin.*

§. VI.

Præterea circa hæc Pontificum insignia, silentio involvendum non est: quod prædictæ claves sint Pontificiæ jurisdictionis signa & indices. Unde quidam autumant, quod illæ Civitates, quæ vel

vel Papæ favent, vel Eidem parent, clavibus utantur in Insignibus: uti exemplo est Civitas Avenionensis, quæ cum Pontificis esse cœpisset, tres claves assumpsit, cùm antea sub Imperio alia habuerit Insignia. Nec hic prætereundum est illud, quod, quemadmodum Imperatores integram, vel partem Aquilæ Romanæ, tanquam virtutis præmium aliis communicare consueverunt: ita quoque Pontifices Max. claves, quibus arma decorarunt, illustri loco natis Equitibus ac Principum Christianorum Oratoribus, hisque qui propria virtute, talibus Insignibus digni erant, contulerint, vid. Theod. Hoeping *cit. Tract. cap. 6. Part. 1. num. 13, & Cap. 9. num. 722.* Item Aldrovand. *Lib. 2. Ornithol. cap. 2. de Chrysaërtho tit. Usus in Insignibus, quæ vulgo arma dicuntur tom. 1.*

§. VII.

Alterum, quod ex Jure publico circa Claves & Claustra justum annotare volumus, est notissimum istud Jus Aperturæ, vulgo die *Oeffnung*: Quo subditi tenentur tempore belli, Domino territoriali aperire castra & arces, si quas possident. vid. Wefenbec. *Vol. 1. Consil. 2. n. 78.* Nicol. Boenig. *Dec. 2. n. 51. in fin.* ubi dicit: Quod Rex sive Princeps in Civitatibus, Castris, Villis & Munitionibus Regni seu Principatus sui, debeat absque omni difficultate, cum omnibus suis intrare, atque honorifice recipi, ipsique claves castrorum & munimentorum tradi. conf. Wehner. *in Observ. Pract. verb. Oeffnung. & Befold. in Thes. Pract. eod. verb.* Ideoque ad superiorem Vogthejam, quæ Jure Suprematus competit, refertur. Knich. *Jur. Territor. num. 354.* & ad munitiones ac Jura belli spectat. arg. *cap. 1. Quæ sint Regal.* Ioh. Goedd. *in Resp. Jur. de Restit. Baron. Vallend. n. 399.* Non raro tamen hoc Jus aperturæ ex speciali pacto, jure foederis, vel etiam in nudo feudo, seu castro feudali, ex singulari reservato competit, prout experientia passim testatur: Et sæpe unus Princeps in territorio alterius hoc jure gaudet, ex speciali promissione. Non itaque sequitur, Titius jus habet aditus sive aperturæ

in meis arcibus, Eique ad præstanda obsequia sum obligatus; idcirco arces meæ egoque ipsi subsumus, ceu colligit Meichsner. *Decis. Cam. 6. n. 54. vers. Jam vero ad tertium &c. in fin.* Et non statim, qui Principi, vel pari concedit Jus apertura, hoc agit, ut se suaque subiciat ejus Jurisdictioni.

§. VIII.

Quod olim nulla Civitas in foedus Hanseaticum adspirare poterat, nisi quæ Jus haberet Portas suas aperiendi & claudendi, testatur Wendel *in Polit. Lib. 2. cap. 27. thes. 6.* Inde nonnulli morem descendisse credunt, quod quædam civitates pro significanda libertate in Insignibus claves habeant: veluti Wormatia, item Geneva, de qua illud elegans Oweni Epigramma *Lib. 1. Epigr. 41.*

Clavem Aquilamque gerit duplex insigne Geneva:

Illud Papatus, hoc habet Imperii.

Hoc insigne tuum, quo Jure Geneva tenebis?

Si repetat clavem Roma, Rodolphus avem.

Quod olim etiam Claves Præfectis Provinciarum recens aut creatis, aut inauguratis, non solum gratulationis ergo, ac velut læti adventus auspicium, sed etiam ad hoc, ut libertatem & Juris dicendi imperandique potestatem expenderent, constat ex *Tit. Cod. de Prætor. ibique DD. inprimis Alciatus.* Quod etiam hodie Civitates, Imperatoribus, Regibus aut Principibus suis advenientibus, item & Victoribus, in signum & argumentum domini, Imperii & subjectionis, claves exhibere & offerre soleant, quotidiana satis demonstrat experientia. Quod etiam Reges & Principes, itemque Respubl. suis Quæstoribus, aliisque Officialibus, claves tradant, eorumque custodiæ commendent, ut communi Aerario, aut Fisco præsent, & pecuniam publicam cum bona fide tractent & administrent, res ipsa loquitur. Quod denique pro more & vigore in Academiis recepto, Rectoribus noviter creatis, sive electis, ad muneris Academici, tum in honorem & ornamentum, tum legitimam administrationem, quædam Insignia, interque

interque ea, cum primis claves Aerarii, aliarumque rerum ad Fiscum Academicum pertinentium, offerantur, tradantur Eorumque custodiae concedantur; praeter hanc nostram, etiam multae adhuc aliae Academiae testantur.

§. IX.

Non incongruum, multominus ab hac materia alienum esse putavimus, hoc argumentum claudere elegantibus istis Distichis, quae quondam de Insignibus Schlüßfeldererum, Gente illustri natorum, ex tribus clavibus, ceu pretiosis verae nobilitatis aeternaeque hujus generosissimae Familiae, plane non extinctae, sed ob ejus maxima & immortalia merita, verae vitae, h. e. immortalis adhuc viventis & cum Republ. perillustri inclutaque hac Academia Norica perennaturae Gloriam, Claustris, Symbolis & Indicibus constantibus, à Viris pia sanctaeque memoriae, nimirum à Generosissimo Domino Carolo Nutzelio à Sündersbühel, Equite Aurato & Consiliario Caesareo; item à Michaële Piccarto, Professore Altorfino, non minus nervosae, quam concinne explanata, ac in lucem edita sunt, his verbis:

C. N.

*Custodem claves testantur in urbe fidelem,
Nam vigili cura paxque quiesque vigent.*

M. P.

*Custodi numen, patriam, secretaque mentis;
Hac tria nunc clavis te monet ista triplex.*

§. X.

Haecenus de Jure publico: nunc etiam ad Jus privatum eundem est; cum autem hoc subdividatur in Jus in re, & ad rem; idcirco de illo, ceu fortiori primum erit agendum hocque praemonendum: quod per clavium traditionem jam olim rerum dominica fuerint translata: Sic enim veteribus Graecis atque Romanis morem fuisse, ut uxoribus primum domum ingredientibus Claves, ingenuarum mulierum legitimaque uxoris Insigne darent, testis est Petr. Victor. *lib. 2. Var. lect. cap. 2.*

B 2

27

in fin. Quo ipse indicabant vel partus facilitatem, juxta Sext. Pompej. vel, quod verosimilius est, eas matresfamilias esse, omnemque rei à viro quasitæ possessionem, potestatem & dominium habere. Eutrop. *lib. 1. Fest. Pompej. lib. 3. in Voc. clavim.* Victorius *d. cap. 2.* ac argumentum dare domini in familiam & fidei erga maritos uxorum. Artemidorus *lib. 3. cap. 53.* Paul. Cypræus *de Sponsal. cap. 5. §. 14. per tot. lib. 1.* Mart. Mager. *de Advoc. armat. cap. 10. n. 180.* Divortium autem cum facerent, claves iterum adimebant, vid. omnino Doepler. *Theatr. Pæn. P. 1. cap. 37.* ibi: Wann vor Alters bey denen Griechen und Römern die Männer sich von denen Weibern scheideten, gebrauchten sie sich unter andern dabey dieser Worte: Res suas sibi habeto, claves adimito, foras exigit *l. 2. ff. de Divort. & Repud.* Dessen auch Martialis *lib. 10. Epigr. 41.* gedencket:

*Mense novo Jani veterem Proculeja maritum
Deseris, atque jubes, res sibi habere suas.*

Die Bedeutung war diese: daß, gleichwie man den Bräuten, wenn sie zu dem Bräutigam ins Haus gebracht wurden, die Schlüssel, als der künftigen Haus-Mutter, oder ad significandam partus facilitatem, ut alii interpretantur, überreichte; also man ihnen, bey vorgehendem Divortio, solche deswegen wieder abgenommen. Welches aus dem Cicerone *2. Orat. contr. Antonium* erwiesen werden kan, qui, cum de repudiata Mimæ ab Antonio agit: *Illam, inquit, suas res sibi habere jussit, ex XII. tabulis, claves ademit, exegit scil. domo.* Joh. Philipp. Pfeiffer *lib. 2. antiq. Græcar. Gentil. c. 23.*

§. XI.

Quod insuper adhuc hodiernum per traditionem clavium, dominia rerum transferri possint, de eo dubitare nos non finit inter alios Juris textus, §. 44. *Inst. de Rer. Divis.* ubi dicitur: Si quis merces in horreo (quod designat quodlibet repositorium, vel vini, vel frumenti, vel aliarum rerum Dd. *in l. 7. ff. de*

de Instr. vel Instrum legat.) depositas alteri vendiderit, simul atque claves horrei tradiderit emtori, transfert proprietatem & dominium mercium in emptorem, etiamsi clavibus apertura nondum sit facta. *l. 9. §. 6. ff. de A. R. D.* Nam claves sunt pars ipsius rei. *l. 17. pr. ff. de A. R. D. conf. l. 74. ff. de Contr. Emt. l. 1. §. 6. ff. de Aquirend. vel amittenda possess.* Cujus rei ratio hæc redditur à Doctoribus: quod fictio idem operetur, quod veritas: Sicut igitur reali traditione transfertur cæteris paribus dominium: ita & hac clavium notâ & simbolo, quod Lex pro vera traditione agnosci & pro æquipollenti tenet. Valet igitur & hic, quod alias dicitur: Non refert, quid fiat ex æquipollentibus. arg. *l. 11. §. 11. ff. de Legat. 3.* Ratio autem rationis, cur traditio clavium pro traditione rei venditæ habeatur, hæc esse videtur: quia claves sunt Instrumenta immediata, per quæ ingredimur ad possidendum; Sicut ergo Instrumento tradito, res in eo contentæ traditæ videntur. *l. 1. C. de Donat.* Schrader ad Rubr. Tit. C. que res pign. oblig. ita quoque clavibus traditis, eæ res, quæ sub clavium custodia, continentur; Symboli namque traditione, res simbolo significatæ, traditæ intelliguntur. vid Gothofr. in not. ad. d. l. 74. ff. de Contr. Emt. Vend. Item Rittershuf. ad §. 44. Inst. de R. D. Hoc tamen declaratur, (1) dummodo venditor fuit dominus; Nam si venditoris merces non fuerint, dominium transferre non potuit, sed saltem conditio ufucapiendi in bonæ fidei emtorem transit: cum nemo plus Juris in alium transferre possit, quam quod ipse habet. *l. 54. ff. de Reg. Jur.* (2) Declaratur hoc ulterius: dummodo ex justa causa, ad transferendum dominium habili, tradantur; Secus ergo est, si ex causâ custodiæ: quia tunc illa traditio clavium nihil efficit, sed tantum custodiæ commissæ significationem habet. per *l. 77. §. 21. ff. de Legat. 2.* Mynsing. & Schneidw. ad §. 44. Inst. de R. D. Ratio harum declarationum consistit in hoc: quia sicuti dominium & justa causa itemque vacua possessio ad verum dominium requiruntur; ergò etiam ad fictam & inter

pretativam, vid. Menoch. *L. 3. pref. 96.* ubi dicit: Cum domini translatio in dubio non praesumatur, clavium traditionem praesumi custodiae causa factam: nisi praecederet titulus habilis ad transferendum dominium, aut verba traditionis id significant. Denique (3) hoc declaratur, si modo traditio clavium apud horreum, vel in conspectu rei, vel horrei, vel cellae facta sit, in qua merces venditae continentur *cit. L. 74. ff. de Contr. Emt. & Vend.* vid. tamen Stryck. *in Cautel. contract. Sect. 2. cap. 8. §. 22.* ubi existimat: pacto tamen effici posse, ut etiam extra rei praesentiam, expediri possit possessionis translatio per claves. Si enim solum constitutum sufficit, *l. 18. §. 1. ff. de acquir. possess.* cur non & pactum absente re & quidem ita: Daß bey Übergebung dieser Schlüssel, ihme auch zugleich das Dominium derer in Leipzig befindlichen Waaren, übergeben und überlieffert seyn solle &c. Carpov. *Jurispr. Forens. P. 2. c. 14. def. 15. num. 5. & 6. Vinn. ad d. §. 44.*

§. XII.

Quemadmodum igitur, sicuti hactenus ostensum, per clavium traditionem dominium; ita multo magis etiam possessio per eandem transferri & acquiri potest: quia per claves intratur ad possidendum, & quia alioquin inutilis plane esset ipsa clavium traditio, nisi ex ea sequeretur possessionis translatio *l. 3. ff. de Acquir. vel amitt. Possess.* & *l. 1. C. de Donat.* ubi ex Instrumenti traditione censetur etiam possessio rei tradita, ex eadem ratione: quia alioquin illa Instrumenti traditio esset inutilis, argumento optimo desumpto ad hanc rationem probandam, quod de extensione dispositionis facta, super praeparatorio ad praeparatum & principale tradunt DDres *in Rubr. C. de Edend.* Quam conclusionem DDres ampliant ita, ut non solum procedat in clave, sed etiam in veste. Nam quemadmodum sub clave domus continetur, & omnia quae ibi existunt: Sic etiam sub veste, domus continetur, & omnia, quae ibi existentia conservantur, sicut cum clausurae clavis. Ideo mirandum non est, si per traditionem
vestis

vectis transferatur & acquiratur possessio, arg. l. 74. ff. de C. E. V. Nam licet textus ibidem loquatur tantum de clave, idem tamen dici debet in vecte, cum quo domus clauditur, sicut cum clave; ubi autem eadem est ratio, ibi eadem adesse debet Juris dispositio l. illud ff. ad L. Aquil. Porro DDres prædicta ampliant ita, ut ex traditione clavium non solum possessio rerum corporalium, sed etiam quasi Possessio rerum incorporalium v. g. Jurium Ecclesiæ, transferri & acquiri possit. Sic etenim in Beneficialibus per solam traditionem annuli, portæ Ecclesiæ claustræ, cujus claves erant penes eum, ad quem pertinebat custodia Ecclesiæ tunc vacantis, possessionem etiam translata & acquisitam esse, tradunt unanimiter DDres. Menoch. de Retinend. Possess. Remed. 3. n. 584. ibique alleg. Eodem modo & hæreditatis itemque pignoris & servitutis possessionem, per clavium traditionem, transferri & acquiri posse, ex superioribus inferre, haud erit difficile.

§. XIII.

Haftenus vidimus id, quod justum est, circa claves & claustra, de Jure in re. Nunc de altero nobis dicendum erit, nimirum de Jure ad rem; quod oritur, vel ex factis licitis, vel illicitis, h. e. Contractibus & Delictis. Ex contractibus non immeritò primò loco in conspectum deducimus Contractus reales, idque propter similitudinem, quam habent cùm Jure in re, circa acquisitionem dominii: Quod uti traditionem requirit, ita & hi contractus reales non ante sunt perfecti, quàm ubi res tradita, ad obligationem accedens, iis initium præbuit. Horum autem prima species est Mutuum; ubi hoc, quoad claves & claustra, specificè est notandum: Quod cum sæpius debitores, oberati & fraudulentis: per quos in nostra vernacula intelligimus eos, welche durch ihr eigen Verschulden, Bancketiren, und üble Haushaltung, so wohl ihre, als anderer Leuthe Gütther verschwenden und verzehren, mithin deswegen nicht unbillig Decoctores genereret werden, weilen sie so starcke Strausen Magen

Magen haben, daß sie Schlüssel, Schlösser, Steine, Balcken und ganze Häuser verdauen und verzehren können: tempore imminentis concursus creditorum, aut executionis, bona immobilia amovere, aut occultare soleant; idcirco non solum seras, claustra & ferramenta forium atque cistarum, aliorumque receptaculorum, quibus asseruari solent mobilia, aperire, omnesque claves tradere, sed & præterea actum ignominiosum facere teneantur: de quo legi merentur ea, quæ de diversis Juribus & locis annotantur à Jac. Dœpler. *in Theatr. penar. Part. 1. cap. 17. num. 10. & seqq. ibi*: Nach der alten Römer Gesetze der XII. Taffeln, wurd ein solcher Banquerottirer und Schuldmann, der nicht bezahlen kunte, entweder verkaufft, und in schwere Dienstbarkeit gebracht, darinn er an Fesseln und Banden seinem Herrn, der ihn gefaufft hatte, um eine gewisse verordnete Speise oder Kost, saure Arbeit leisten muste. Oder wann er nicht verkaufft werden konte, wurde er auf öffentlichen Marckt an eine Säule gebunden, und daselbst zu Tode gestrichen, oder sonst auf eine andere Art am Leibe gestrafft. Ja es wurd derselbe wohl gar seinen Glaubigern, wenn sie es beehrten, zum Schnitt und Theilung seines Leibes hingegeben, alsdann ward der Schuldner entkleidet, auf eine Schlacht-Banck geworffen, darauf angebunden, und lebendig in gewisse Stücke zerhauen und getheilet, und einem jeglichen Gläubiger, an statt seiner Schuld, ein Stück davon gegeben. Die Ursache aber, daß solche grausame und harte Straffe, auf dergleichen muthwillige und daselbst schuldige Banquerottirer gesetzt worden, ist, daß durch solches abscheuliches und grausames Spectacul die Leuthe abgeschreckt würden, daß sie sich vor Vorgen und Leihen hüten, auch Treu und Glauben desto besser halten solten. Es ist aber endlich diese scharffe Straffe der Zertheilung des Schuldners aufgehoben, und in eine andere Lebens-Straffe verwandelt worden. Ja es haben auch endlich die Burgermeister zu Rom C. Poetilius und
L. Pa-

L. Papirius Mugillanus im Jahr von Erbauung der Stadt 429. ein Gesetz gegeben, welches *Pactilia Papiria de nexu* genannt wird, darinnen verbotten worden, daß niemand wegen Geld: Schulden an seinem Leibe gebunden oder gemartert würde, sondern allein an Haab und Guth verhaftet wäre, wie solches Livius im 8. Buch bezeuget.

§. XIV.

Nach denen beschriebenen gemeinen und Kayserlichen Rechten, sind auch diejenige Banckerottirer, so das Ihrige durch Fraß und Quaß, Huren und Buben, Spielen, Dobbeln, Pracht und Eitelkeit durchgebracht, unterschiedliche Straffen geordnet. Denn es werden dieselbe vor ehrlose Leuthe und Schelme gehalten. per *l. ea qua 13. C. ex quib. caus. infam. irrog.* Sie wurden auch mit Peitschen, daran unten Stücklein Bley verknüpffet, daß ihnen der Rücken braun und blau auf lief, dichte und derb geschlagen und gezeißelt. *l. 40. C. de Decurion.* Es mußten auch diejenigen, so gemeine Stadt: Gelder verschlünderten und durchbrachten, solches doppelt *l. 46. §. 1. ff. de Jur. Fisci. & l. 8. C. eod.* erstatten. Sie wurden ihrer Ehren beraubet, *l. 2. C. de Palat. sacr. largit.* und von ihren Aemtern verstoßen. *l. 12. C. de Susceptor.* Nach den Päbstl. Rechten werden sie in den Bann gethan. *c. Odoardus. 3. X. de Solut.* Vid. omnino Doepler. *c. l. num. 9. ubi ait:* Ja wann die Obrigkeit es machte, wie vor Zeiten der Kayser Hadrianus im Amphitheatro zu Rom gethan, der die Decoctores, Banckerottirer, Falliten und Land-Betrüger, so wissentlich, vorsehlich und muthwilliger Weise Falliment gemachet, an einem öffentlichen Ort, jedermann zum Spectacul und Schauspiel vorstellete, damit sie, wie die Diebe am Pranger oder Halßeisen von männiglich angeschauet, verachtet, verlacht und verspottet würden, sollte wohl mancher sich daran spiegeln, ein Exempel nehmen, und das Dices *cautius mercari seu negotiari, juxta l. 2. C. de furt. practi-* ciren lernen. *Add. Gell. l. 15. Noth. Attic. cap. 12.*

C

§. XV.

F. XV.

Vermöge einiger Stadt-Rechte werden dergleichen Falliten und Banckerottmacher in die Schuld-Thürne gesetzt, denen Creditoren oder Glaubigern an die Hand und Halfter, die Schuld abzuverdienen gelieffert. vid. Carpzov. *Jur. pr. For. Saxon. Part. 2. Constit. 22.* Marquard. *de Jur. Mercat. Lib. 4 c. 10. n. 11.* Ordin. Polit. Car. V. d. d. Augsburg 1548. *Tit. von verdorbenen Kauff-Leuten 2c.* Nach dem Hamburgis. Stadt-Recht ist der Banckerottirer Straffe der Winser-Baum, dar-auf einer so viel Jahre sitzen muß, so viel tausend Marck Lübsch er schuldig bleibt, und ist der Kläger oder Gläubiger, so ihn setzen lassen, zu desselben Unterhalt nicht mehr, denn täglich einen Schilling Lübsch zu geben schuldig. Wenn aber der Gläubiger wegen der Alimentations-Kosten den Schuldner nicht will setzen lassen, so muß auf des Klägers Anfordern, der Schuldner den Eyd der Armuth schwören, und sich der Stadt und Gebieth so lang enthalten, bis er den Kläger befriedige oder sich mit ihm vergleiche. Nach dem Lübeckischen Recht mag der Gläubiger seinen Schuldner gefänglich einziehen lassen, und halten, als einen Schuld-Gefangenen: Will er ihn aber zu eigen annehmen, und er ihme also gerichtlichen übergeben wird, soll er ihn speisen als das Gesind, und verwahren, wie man am besten kan, auch wohl anlegen, wenn er will, doch daß ihm an seiner Gesundheit kein Schaden geschehe: Er soll seinem Herrn seine Arbeit thun. Nach dem 17. Articul der Breslauer Statuten, wird er aller seiner Ehren entsetzet, auch ihm nicht gestattet, in der Stadt frey und ledig zu gehen, sondern wird, auf der Gläubiger Begehren, in gefängliche Haft gezogen. Und wo er fürsetzlichen muthwilligen Betrugs sich durch sein Aufborgen zu unterhalten, andere Leute aber damit zu gefährden, überwunden, hierüber auch noch am Leibe gestrafft, von welchen allen ihn die *cessio bonorum* nichts hilfft, noch befreyet. In vielen

vielen vornehmen Handels-Stätten, als Franckfurt am Mayn und andern, wenn ein Kauffmann, der zugleich ein Rathsherr mit ist, einen Banckerott machet, wird derselbe aus den Rath gestossen. In dem neuen Mandato der Hansee: Stätte wider die muthwilligen Falliten und Banckerottirer, so zu Lübeck An. 1620. gedruckt, ist verordnet, daß über einen Banckerottirer, nach vorhergehender Declaration, nicht allein die Schand-Clo-cke geläutet, sondern auch derselbe mit öffentlicher Anstellung an den Pranger, ewiger Verweisung, und nach vermerckten Umständen, als ein Dieb an Leib und Leben gestrafft werden solle. Jacob Moller von Banckerottiren, Falliten und verdorbenen Kauffleuthen c. 5. p. 89. & seqq.

§. XVI.

Ferner haben wir auch denen obigen dasjenige, was hier von in specie in denen Nürnbergischen Rechten enthalten, beyzufügen, nicht undienlich zu seyn befunden; Zumahl da diese, mit jenen gar genau übereinstimmen, wie unter andern ex Reform. Nor. Tit. XI. L. 6. und zwar diesen nachfolgenden Worten gar deutlich erhellet: ibi: So mag der glaubiger umb sein hinderstelligen Rest, jme zu des Schuldigers Person zuerhelffen begern, das soll jme auch vergönt, vnd der Schuldiger darauf erstlich in die Cysen, vnd nach dreyen tagen in den Schuldthurn geführt werden, Allda jne der glaubiger mit noturft des Brots vnd Wassers underhalten lassen soll, biß Er aller seiner Schulden vnd aufgewendren costens vergnügt würdt. conf. Tit. XII. L. 5. ubi hæc verb. Alle vnd yede Güter, so dem flüchtigen zustendig, vnd auf beschehen anschlagen, vnd gehabte erforschung, wie obgemelt, angezaigt worden, die sollen ordenlich beschrieben, vnd nach gelegenheit ains Raths, aintweder in des Stat, richters versperz gelegt, oder etlichen stathafften des flüchtigen

tigen glaubigern, zu ains yeden gepürenden gerechtigkeit, in verwarung, auf gnugsame versicherung eingeaantwort, vnd bevolhen werden, dieselben vnuerendert, biß zu ordenlichem auftrag des Rechtens, getreulich zuuwalten. & L. 6. §. Es soll auch darauf allen vnd yeden glaubigern, frey vnd zugelassen sein, nach des trünnigen Person zutrachten, Vnd wo sie denselben in ains Raths Obrigkeit vber kurz oder lang erfarn vnd betreten mögen, Durch sich selbst oder yemand von iren wegen, anzugreifen, zufangen vnd zuuerhefften, Doch das sie den gefangnen, alspald jnen möglich ist, in ains Raths Fronuest vnd verwarung vberantworten. & L. 9. ibi: Alle diejenigen, so sich zu betrug irer glaubiger hinweg auß der Stat thun, vnd vber kurz oder lang zur hand gebracht werden, Die sollen alspald in verhaft genommen, vnd gegen iren Hab, Gütern vnd Leiben, biß zu bezahlung irer schulden, nach ordnung, wie in andern obsteenden gesetzen, von Execution begriffen, gehandelt werden. Es mochten sich auch die sachen so geuährlich erfinden, Das ain Rath, solche des flüchtigen mishandlung, für ain Diebstal zuhalten vnd zustrafen, verursacht wurde. Ob aber ain solcher geuährlicher Trünniger sich mit seinen glaubigern, aufferhalb hieuor im sechsten Gesez geordneter maß, vertragen hette, vnd auf ains Raths erlaubnus widerumb in die Stat gelassen wurde, So soll dannocht derselbig aller seiner Eern vnd Empter entsetzt, auch hinfüro zu keinen eerlichen sachen gepraucht werden. vide Wurff bain in *Tract. de Different. Jur. Civ. & Reform.* Nor. p. 172.

§. XVII.

Endlich ist auch hierbey dieses und zwar vor allen andern quoad presentem materiam gar wohl zu bemerken: Was Sauter in *Massig. Fallit. cap. 15.* berichtet: Nemlich daß in Flandern und denen angränzenden Orten üblich sey, daß, wenn

wenn ein Bankerottirer, so das Geld verschwendet, und die Creditores aufgesetzt, stirbt: man zu dessen höchster Beschimpfung, auf seinem Sarg oder Grab einen Gürtel, leeren Beutel, dürre Stoppeln und Schlüssel lege; welches Sie, jetter les clefs für la fosse, oder die Schlüssel aufs Grab legen, nennen. Quæ claves, ut sponte traditæ signum olim possessionis & domini in rebus acquisitis erant, Alciat. ad Tit. C. de Prator. & honor. Pratur. Schönborn. lib. 1. Polit. c. 6. Mascard. de probat. concl. 190. n. 8. 12. 18. Stryk. de jure sensuum, Diss. 7. c. 2. n. 12. Ita hic depositæ, signum cessionis faciunt. Sauter. d. l. c. 52. & 51. Meier, Annal. Flandr. lib. 14. ubi hic illustria duo notat exempla. Efficax quoque fuit instrumentum evertendæ famæ; unde à Sauterio d. l. comparatur cum vulnere hominis, circa locum τῶν κλειδῶν, h. e. clavium qui est supra costas & jugulum, quo caput & collum coharet, inflicto, quod, ut Medici vitæ periculosum admodum existimant, ita & bonæ famæ necem affert τῶν κλειδῶν, h. e. clavium ferrearum super funus positio. Otto Philippus Zaumschlifferus, Prof. Marburg. in Biga Diatribarum, diatrib. 2. dicit: Cum hæredes nolunt adire defuncti patris hæreditatem, solent id declarare, indem sie den Schlüssel auf das Grab legen. Christoph. Ludov. Ditherr. in suppl. Speidel. v. Schlüssel. p. 370. In Brabant soll gleichfals es also gehalten werden, daß, wenn ein Mann, so mit grossen Schulden beladen ist, stirbet, dessen Weib, damit sie von denen Creditoribus nicht angefochten, und derselben Recht sich nicht weiter, als in des Mannes Güther und Fahrnis erstrecke, auch dadurch der Lauff der Zinsen gehemmet werde, ihre Schlüssel, Gürtel und Tasche auf ihres Mannes Todten-Baar lege. Henter. lib. 2. rer. Burgund. circa finem. Sicque à Margaretha, Philippi Audacis vidua, mortuo Marito observatum, scribit Rud. Godofred. Knichen. in op. polit. lib. 2. part. 1. cap. 12. tes. 7. p. 623.

§. XVIII.

In deposito quoque, ceu altero contractu reali, quædam quoad claves & claustra ex Jure privato notari posse, facile sequentia probant. Sic etenim per traditionem Clavium, in Deposito rerum immobilium, v. g. domus, horti, custodiam alicui commissam & commendatam esse, constat ex *l. 1. & l. 24. ff. Depos.* Item *l. 11. ff. de peric. & commod. rei vend.* Quod etiam in deposito rerum mobilium, v. g. Cistâ signatâ, & claustris munitâ depositâ, singulæ res inclusæ depositæ censeantur, colligere licet ex *l. 1. §. 41. ff. depositi vel contra.* Mantic. *l. 10. t. 5. n. 3. 7.* De rebus tamen inclusis regulariter respondere non tenetur depositarius, nisi ostensæ prius cum cista deposita fuerint; nec sufficit à deponente dictum fuisse, quid cista contineretur, dum depositarius alias non teneatur, nisi ex sua scientia. *Mev. p. 9. dec. 54. num. 8. & dec. 55. per tot.* Sed si cista illa bene fuerit clausa & obsignata, depositarius vero eandem restituat apertam, vel resignatam, dolo depositarii aperta, vel non recte custodita præsumitur. Jason *in l. 5. ff. de in lit. jur.* statuit, ex diffigilatione dolum constare, & per consequens deponens ad Juramentum, non in litem affectionis, sed quasi Zenonianum, quo res contentæ demonstrantur, admitti. *arg. l. 1. §. 26. ff. Depositum vel contra.* Frantzk. *h. t. n. 64.* Hic tamen quædam Exceptiones seu Limitationes sunt notandæ. Et quidem (1) dummodo deponens obseratam cistam depositario ostenderit, sicque ei commendaverit. *Carpzov. lib. 2. respons. 69. n. 9. & 10. Mantic. d. tit. 5. num. 4. & seqq. Hart. Pistor. l. 1. q. 18.* (2) nisi depositarius contrarium doceat, vel juramento purgationis se insontem probet, *Hahn ad Wesenb. h. t. Mantic. d. t. num. 9. & 10.* Argumenta autem probabilia innocentie existunt, vel ex persona depositarii: si sit vir honestus & spectatæ fidei, deponens vero persona levis. *Frantzk. d. t. n. 65. & 66. Carpzov. d. Resp. n. 11.* vel ex facilitate referandi, vel si ex necessitate aut

justa

justa causa, quædam circa cistam facta, unde fractio facilis; vel si tempore e. gr. incendii, in aliorum manus devenerit. vid. late Mev. *d. Dec. 55.* Tuld. *in C. h. t. num. 5.* Hahn. *num. 4. in med.* & maxime ibi circa fin. relatum responsum. Carpzov. *d. Resp. 69.* Menoch. *Arbitr. lib. 2. cas. 268. n. 26. & seqq.* Brunnem. *ad d. l. 1. §. 41.* Würt. *Land: R. p. 2. tit. 3. §.* So in einem. & § §. *seqq.* Lauterb. *ad tit. Depos. thes. 13.* Porro hic notandum, quod Caupones, Exercitores ex eo solo non excusentur, quod hospitibus claves scriniarum aut cubiculorum, in quibus hospites res suas recondere possent, simpliciter & absque protestatione dederint. Nam possent etiam alio fine claves esse datæ, v. g. liberioris usus causâ. conf. *Glossa ad l. fin. §. 1. ff. Naut. Camp. Stabul. ut recept. restit.* ubi vult: Solam traditionem clavium, non habere tantam vim tacitam, ut aliquis liber exinde reddatur à culpa; quia si hoc foret, daretur cauponibus materia delinquendi, eò quod facile sit habere duplicem clavem, aut alias adulterinas claves: sicque nihil esset tuti ab eiusmodi hominibus, de quibus aliàs lex parùm boni præsumit. *l. 1. ff. c. tit. Joh. Sichard. in c. l. 1. & 4. ff. de Locat. & Conduct. num 9.* Petr. Ostermann *Rational. ad Instit. §. 45. de Rer. Divis.*

§. XIX.

Hæc de contractibus realibus; nunc ad consensuales, & quidem primo ad celeberrimam & omnium frequentissimam eorum speciem, nimirum emtionem venditionem progredimur; de qua inter alios Juris textus, quoad præsentem materiam notari meretur. *l. 17. pr. ff. de Action. Emt. Vend.* utpote in qua claris & expressis verbis sancitur: Quod ædibus venditis, etiam feræ, claves & claustra debeantur, licet in contractu nulla earum facta sit mentio. vid. Carpzov. *P. 2. c. 72. Def. 20.* Mant. *lib. 4. de Tac. emt. Conv. Tit. 15. n. 11.* Wehner. *obs. pract. verbo Nagelfest.* Inde venit, quod in legato fundi cum instrumento,

mento, claves sub vocabulo Instrumenti non continentur, quia magis domus portio, quam domus instrumentum sunt per *l. 12. §. 24. ff. de Instruct. & Instrum. leg.* Conferri hic merentur ea, quæ continentur in Reform. Nor. *Tit. 16. L. 6.* Von Zugehörung der verkauften Güter. *ibi*: So yemand ain behausung, Hofrait, oder ander Gut, durch Keuf, ubergab, letzte willen, oder sonst durch ainen rechtmässigen Titel oder ankunft an sich pringt, So sollen Prunnenketten, Prunnenssayl, vnd Nimer, auch die Läger in Kellern, sampt den eingemaurten, oder eingezimmerten Beheltern, vnd was Niet vnd Nagel begreift, für ain zugehörung des erkaufsten Guts, gehalten werden, vnd dem Kauffer volgen vnd pleiben, Es wäre dann im kauffen oder andern Conträccken, ain anders bedingt vnd ausgenommen. *Conf. omnino Befold. Thes. Pract. voc. Zugehört: ubi statuit: quod verba illa: Mit allen Zugehörungen und Gerechtigkeiten, sint universalia, l. omnia ff. de reb. cred. adeoque vendito vel concessio Castro cum omnibus pertinentiis, veniat quoque territorium & per consequens etiam Jurisdictio & merum Imperium, quod aliàs sub generali significatione Jurisdictionis comprehenditur. arg. l. 2. §. 16. & 23. ff. de R. J.* Ex quibus satis constat: quod domo vel Castro vendito, sub pertinentiarum nomine inprimis ea contineantur, quæ statuto vel consuetudine, vel lege deputata sunt, ut accedant. *vid. omnino Rosacorb. in Pract. forens. cap. 104. Jacob. Thoming. Consil. 20. num. 73. & seqq. vol. 1.* Quod verò aliàs non quælibet & quomodocunque facta affixio, rem mobilem, statim immobilem & ad ædes pertinentem reddat; verum illa demum, qua res mobiles ita immobilibus affiguntur & annectuntur, ut salvâ substantiâ ab immobilibus vix possint divelli; videre est apud *Carpzov. J. F. parte 3. C. 24. D. 10. n. 4. ibi*: sed accipiendum hoc de destinatione aliqua reali, quando scilicet res mobiles immobilibus affiguntur, & annectuntur ita, ut, salva substan-

substantia, ab immobilibus nequeant divelli; Add. omnino Harprecht. *Consl. 16. n. 486. ibi*: Id quod tamen de Statuis, pictis Tabulis, Candelabris, aliisque similibus, ne vel à furibus tam facile auferri, vel corruendo damnum possint accipere, ædibus affixis, catena religatis, vel clavò alligatis rebus, nominatim negatur; per *text. expr. legis 245.* ubi optime Pomponius: Statuæ affixæ basibus structilibus, aut Tabulæ relegatæ catenis, aut erga parietem affixæ, aut si similiter cohærent Lychni, non sunt ædium: Ornatus enim ædium causa parantur; non quo ædes perficiantur. *ff. de verb. significat. ubi optime Gœdd. n. 1. & 2. Idem ad l. 241. eod. tit. n. 2. Addat. l. 17. pr. in verbis: Etiam si adificio cohæreant. ff. de act. emt. vend. Mohedan. in Decis. Rota Roman. tit. de emt. Decis. 1. & 2. Frantzk. in comm. ad tit. X. de action. emt. n. 206. & seq. B. Dn. Lauterb. in tr. Synopt. ejusd. tit. de act. emt. §. 1. n. 17. ubi dicit, illas res, quæ in venditis ædibus non tanquam partes & perpetui usus causa; sed ornatus duntaxat causa habentur, non deberi Emtori, tanquam ædium pertinentias. Heeser. de acquir. conj. part. 2. loc. 17. n. 21. Dn. Sam. Stryck. in Diff. de probat. pertinentiar. c. 2. n. 118. ubi scribit, Imagines ex communi DDrum opinione, non venire sub nomine pertinentiarum, cum neque sint pars ædium, neque ad usum necessarium spectent: Eandemque decisionem obtinere etiam in Tabulis pictis & religatis: Nec non quoad cornua cervorum, Hirsch-Köpffe oder Gemeyshe, (licet hætenus dissentiat Dn. Fleck. in Biblioth. Jur. Civ. lib. 2. cap. 1. n. 77.) Tapetes in arcis (in Kisten oder Truhen) retentæ. Brunemann. ad l. 1. ff. de supell. legat.*

§. XX.

Ad secundam speciem Contractuum consensualium, nimirum Locationem Conductionem, quod attinet; plane non dubitandum, quin traditio clavium maximam habeat vim atque auctoritatem tum probandi, tum obligandi. Sic etenim Locator,

D

per-

perfecto hoc contractu, statim tenetur claves, v. g. domus, aut conclavis, inquilino seu conductori, tradere; Hic vero, finito contractu, migrans, locatori easdem sine mora restituere. Quod si initio locationis claves non sint traditæ, Conductor tamen conficiendas eas curaverit ad conclave, ex conducto agere potest. vid. *l. 11. §. 2. l. 19. §. 4. l. 48. §. 1. l. 55. §. 1. l. 1. pr. locat. conduct.* Quodsi domus duobus sit locata, & uni ex his clavis fuerit tradita, præfertur ille, cui clavis est tradita. arg. *l. 15. C. de Rei Vind.* Item *l. 26. ff. locat. conduct.* ibique DDres. Quod etiam Locator eo in casu, quo conductor seu inquilinus non apparet, nec pensionem per biennium solvit, clavi aperire, & coram personis publicis res describere, aut injecto claustro præcludere eas possit, constat ex *l. 56. ff. locat.* ibique DDres. Brunnemann. & alii.

§. XXI.

De reliquis duobus contractibus consensualibus, nimirum Societate & Mandato, quoad præsentem materiam brevitatis studio, saltem unum atque alterum placet allegare Juris textum, & quidem quoad priorem, *Can. 1. Dist. 25.* ubi dicitur: *quod ad Ostiarium pertineant claves Ecclesia, ut claudat & aperiat templum Dei, & omnia, qua sunt intus extraque, custodiat, fideles recipiat, excommunicatos & infideles excipiat.* Item *L. 1. §. 1. ff. quoad cujusque univers. nom.* ex qua Lege constat: Quod Collegia, Tribus & Societates possint ad exemplum Reipublicæ habere arcam communem, eine Zunft oder gemeine Kade, cujus claves potioribus v. g. Tribunis concedi solent, vid. Baier *Tr. de Colleg. Opific. Cap. VII. num. 603. & seqq.* Item *Tract. von den Handwercks-Gesellen, cap. 9. th. 4. num. 598.* ubi refert: Quod in quibusdam Opificum, & quidem cum primis Serariorum Statu is sit cautum: ne Boethi Serariorum ausint claves adulterinas conficere; vid. *Statut. Art. 23.* Item soll kein Gesell oder Junge, so allhier in Arbeit stehet, sich untersehen, ohne Vor-

Vormissen seines Meisters, jemand einen Capital, Dietrich, oder Nachschlüssel, so in Wachs gedruckt, zu verfertigen: Ubi illud insimul habetur, ne ad instantiam ancillarum, aut cujuslibet famulitij, conclave arcemve, nisi Dominus Dominave praesens sit, referare audeat socius. Plura de hac re vid. apud Beier. *cit. loc.* Quoad posteriorem Contractum consensualem, nimirum Mandatum allegari meretur l. 77. §. 21. ff. de Leg. 2. ubi Iustus Papinianus: *Pater, inquit, pluribus filiis heredibus institutis, moriens claves & anulum, custodiae causa, majori natu filiae tradidit, & libertum eadem filiae, qui praesens erat, res, quas sub cura sua habuit, assignari jussit: commune filiorum negotium gestum intelligebatur, nec ob eam rem apud arbitrum divisionis praecipuam causam filiae fore.* De cujus legis usu moderno seu Praxi videri potest Gothofred. *lit. Q. ibique plures alleg.*

§. XXII.

Ratio ordinis nunc denique exposcit, ut etiam paucis agamus de factis illicitis, seu delictis: ubi primo loco istud ex Jure humano deducere licebit, quod furtum cum effractione violenta & seditiosa commissum, gravius & improbius censeatur, adeoque poenam suspendii indifferenter puniatur, vid. *Ord. Crim. Art. 159. in verb.* So ist doch der Diebstahl, darzu, als obstehet, gebrochen oder gestiegen wird, ein geflissener gefährlicher Diebstahl. Item: So ist in dem Diebstahl, der mit Waffen geschieht, einer Vergewaltigung und Verletzung zu besorgen, darum in diesem Fall, der Mann mit dem Strang &c. gestraffet werden soll. Item *Art. 160. in fin. ibi:* Wo aber der Dieb zu solchen Diebstahl gestiegen oder gebrochen, oder mit Waffen, als vorstehet, gestohlen hätte, so hätte er damit, wie obstehet, das Leben verwürcket &c. Conf. omnino Carpzov. *Pr. Crim. Part. 2. Qu. 79. num. 31. ibi:* Quum itaque tanta sit differentia effractionis, ut ob furtum etiam minimum, cum effractura seditiosa

tiosa ac violenta perpetratum, fur suspendatur: propter levem vero effractionem, Reus poenam mortis non subeat, nisi ultra quinque Ducatos Ungaricos furatus fuerit; necesse est maximo-
 pere, ut iudex, priusquam reum effractorem, ad certam aliquam poenam condemnat, diligenti habita inquisitione & consideratione exactâ, omnium circumstantiarum certus sit de effractione; an scilicet, pro seditiosa & violenta haberi debeat. Neque enim hoc ipsum certâ aliquâ regulâ definiri potest, sed res tota arbitrio iudicis prudentis committitur, qui iudicium suum ex eo informabit: an effractio taliter fuerit perfecta, ut ex eo seditio vel latrocinium metuendum, & fur effractor, si quis forsân furtum impedire voluisset, resistentem occisurus fuisset. Hæc enim unica fere qualitas est, quæ effractionem seditiosam facit, delictumque aggravat, & vel ipsa sola mortis poena coerceri potest. Colligitur autem hic animus & audacia furis, *primo*: si ædes, arcem, fores, claustraque bene ac fortiter munita, ingenti ac maximâ vi ruperit atque effregerit. *Secundo*: si ad effractionem armis & instrumentis ad violentiam aptis fuerit usus, aut etiam cum telo accesserit. Quorum alterutro deficiente, effractio pro seditiosa ac violenta vix haberi poterit, nisi aliæ circumstantiæ eam probent, quæ discretionis iudicis committuntur.

§. XXIII.

Ex hisce igitur facile apparet, quod pro effractione violenta & seditiosa non sit habenda, si quis horreum, tugurium vel stabulum effringat, vel etiam casam, aut ædes rusticas ex limo confectas, securi aliove instrumento rumpat, vel pariete perfosso aut fenestris ejectis intret. Cum enim ejusmodi apertura & effractio absque peculiari violentia fieri ac perfici queat, à qua fures etiam timidi rarè abstinent; certe non facile ex ea seditio aut latrocinium erit præsumendum. Quare hanc effractionem non seditiosam, neque furem suspendendum esse, existimamus,
 nisi

nisi contrectatio superet valorem quinque solidorum. Idem quoque statuendum & habendum est de effractura cistæ, fiscinæ, vasis, canistræ, arcæ &c. Quia enim sapissime effractio hæc absque violentia, quandoque etiam manibus solum, non adhibitis instrumentis perfici solet; utique nec hoc factum pro seditiosa habendum, neque ex eo latrocinium metuendum est, ut sic furem effractorem, nisi accedat valor quinque solidorum, hoc casu à poenâ mortis exemptum esse, quis recte dixerit. Quod tamen non aliter, intellectum vult Carpzovius, quam si quis cistam vel arcam absque vi ruperit, ut sapissime fieri solet. Quod si vero arca, aut cista ferrea, vel alias bene ac fortiter munita, vi ingenti & armis effracta fuerit, furem effractorem, suspendi posse, statuit, præjudicioque confirmat idem Carpzov. *Pr. Crim. Part. 2. Quæst. 79. num. 38. & 39.*

§. XXIV.

Porro & hoc hic quoque notandum: quod fur cistam, ædes, vel fores clave adulterina (mit einem Dieterich) aperiens, pro effractore habendus non sit, nec poena laquei puniendus; nisi furtum ab eo commissum summam quinque Ducatorum Ungaricorum superet. Certum siquidem est, ob solam effractionem, furtum morte nequaquam puniri, nisi effractio armis & vi quâdam ingenti fuerit perfecta, *art. 159. Ordin. Crim. Carol.* Atqui in aperiitione, quæ fit clave adulterina, nullam prorsus vim committi, indubitatum est. Quin nec talis apertura proprie effractio est, sed potius astuta, clancula & dolosa aperiitio, quæ quidem impunita esse non potest, laquei tamen poena haud coerceri debet, prout recte statuit præjudicioque firmat Carpzov. *Part. 2. Qu. 79. num. 42. ibi:* Hat M. K. in guten bekandt, daß er im Churfürstl. Scherwerge, in der Nacht, durch ein Secret eingestiegen, den Pferd stall mit einem Dieterich eröffnet, und daraus Pferde, Geschirz, Getraidig, und sonsten andere Sachen gestohlen &c. So wird er derowegen öffentlich billich zur Staupen geschla-

geschlagen, und nach ausgestandener Leibes-Straffe, des Landes ewig verwiesen. *B. R. W.* Notanter autem diximus, nisi furtum ab eo commissum, summam quinque Ducatorum Ungaricorum superet & excedat, quin enim tunc etiam suspendi debeat, maxime si insignis malitia furis appareat, aliave justa causa concurrat, haudquaquam ambigendum est, idque ob verba *Art. 160. Ord. Crim.* satis manifesta: Und in solchen Fällen muß man ansehen den Werth des Diebstahls, auch ob der Dieb darob berüchtiget oder betreten sey: Mehr soll ermessen werden der Stand und das Wesen der Person, so gestohlen hat, und wie schädlich dem Beschädigten der Diebstahl seyn mag, und die Straff darnach am Leib oder Leben ertheilen &c.

§. XXV.

Lectori haud ingratum fore speramus, si pro majori hujus rei declaratione, notabile ac memorabile istud exemplum, von denen beyden Schloß-Dieben zu Berlin, wie selbige An. 1718. den 8. Jun. daselbst hingerichtet worden, & quidem prout literis & famâ, in nostra vernacula est traditum, integris verbis hic transcribamus: Nemlich es hat diese beyde Schloß-Diebe zu ihrer Bosheit nicht die Armuth, sondern der Hochmuth verleitet, daß sie nemlich bey ihres gleichen es bevor thun, und aller Orten sich sehen lassen könnten. Es hiesse bey ihnen: Gut macht Muth, und ihre Beine waren nicht so starck, daß sie gute Tage ertragen können. Anbey bildeten sie sich ein, man würde bey Hof, was sie für sich wegnähmen, nicht missen, und etwa nimmermehr ein Hahn darnach krähen. Es war Valentin Runk seit 1701. als Castellan des Königlich Schloßes zu Berlin im Dienst gestanden, und Daniel Stief Anno 1701. zum Hof-Kleinschmid oder Hof-Schlosser bestellet, welche ihre Dienste geraume Zeit treu und ehrlich verwaltet. Als aber S. Königl. Majestät Anno 1715. ehe Selbige zu Felde nach Pommern giengen,

giengen, einstens mit dem Castellan in denen Gemächern des höchstseeligsten Königs gewesen, und den Hof-Schlosser ruffen lassen; eine Spinde aufzumachen, worinnen Medaillen sich befunden; dieser aber nicht zu Hause gewesen, und also die Eröffnung nicht erfolgt, hat das Diebische Hertz des Castellans zu erst unrechten Appetit dazu bekommen, und den Schlosser noch mahlen erfordert, von demselben verlangt, daß er die Spinde aufmachen möchte, mit dem Anhang, wenn er Stiefen trauen dürfte, daß er schwiege, wolten sie etwas heraus nehmen, es wüßte weder der König, noch der Grand-Maitre so genau, was darinnen wäre, und obwohl Stief ihm Anfangs eingeredet, ob er es auch verantworten könne, so sind sie doch miteinander Accord worden, sich nicht zu verrathen. Also erfolgte der erste Diebstahl, und nachhero haben sie so wohl miteinander, als ein jeder besonder für sich 3. Jahr lang diesen Griff öftters wiederholet, und an baarem Gelde, Juwelen, und andern einen grossen Schatz entwendet: welches alles zu specificiren, viel zu weitläufftig fällt. Vielmehr soll kürzlich gemeldet werden, wie dieser Diebstahl klar und offenbahr gemacht, und hernach nicht unbillig bestraffet worden. Nämlich es wurde der Hof-Schlosser Stief hierdurch, daß er ohne Erlaubniß Haus-Schlüssel zum Schloß-Gemächern gemacht, und bey sich behalten, überdiß auch den Schlüssel zur Königl. Schatz-Kammer nachgemacht, nicht wenig graviret, mithin nicht unbillig ad Torturam condemniret. Als nun hieraufnach beschehener Confrontation obbesagte beede Inquisiten alles Gestohlene Stückweis freywillig bekandt, wurde daher in dem Königl. Preussischen Criminal-Collegio zu Berlin, und zwar nach Anleitung der ehemals publicirten Edicten die Sentenz erstlich dahin abgefasset: Daß beede Inquisiten, als Schloß-Diebe mit dem Strange vom Leben zum Tode gebracht werden sollen; wegen der hefftigen Umstände aber nachgehends in etwas geändert, und am Gerichts-Tage,
war

war der 8. Jun. 1718. auf dem Richt-Platz, folgendes Proclama publiciret: Nachdem gegenwärtige beede arme Sünder, Namens Valentin Kunk, gewesener Castellan auf dem Königl. Schlosse, und Daniel Stief, vormahliger Hof-Kleinschmidt, mit Hintansetzung ihrer Pflicht und Gewissens, sich nicht nur gelustet lassen, die vornehmsten und wohlverwahrtesten Königl. Gemächer und Behältnisse, theils mit Nachschlüsseln, theils auch sonsten gewaltsam aufzusperren und zu erbrechen, und dar- aus an goldenen Gefässen, gemünzten Golde und Gelde, Medaillen, Jubelen und anderen Sachen ein grosses zu entwenden, sondern auch so gar nicht gescheuet, die Königl. Schatz-Cammer und Thresor anzugreifen, aus welcher sie viele tausend Reichs- Thaler würcklich gestohlen, und mit sich fortgebracht haben; dessen allen denn Inquisiten nach ausführlicher Untersuchung völlig überführet, und selbst geständig seyn müssen; Als ist nach geendigtem Proceß, wider beede Inquisiten, eine Rechtliche Sen- tenz ausgesprochen, welche von Sr. Königl. Majestät dahin allergnädigst confirmiret worden: daß Valentin Kunk, als der größte Verbrecher, der sich an demjenigen, was ihm als Castel- lan des Königl. Schloßes, zu getreuer Verwahrung und Aufsicht anvertrauet gewesen, selbst diebisch vergriffen, und dem Stiefen dazu die erste Anleitung und Gelegenheit gegeben, bey heutiger Ausführung zu dreyenmahlen, als das erstemal vor der Haus-Vogten, das zwentemal in der Gegend des Thresors, und das drittemal in der Spandauischen Straßse mit glühenden Zangen gekniepen werden, darauf aniesz beede Inquisiten, und zwar Daniel Stief zu erst, Valentin Kunk aber nach demsel- ben von untenauf gerädert, und also vom Leben zum Tode ge- bracht, nachgehends derselben Körper an dem eisernen Galgen mit Ketten angehänget, und verwahret werden sollen.

V. K. W.

§. XXVI.

Occasione præcedentium, haud inconvenienter hic quæri potest: Quomodo puniatur effractio violenta absque contrectatione. Et respondent Doctores communiter fere, quod ad hoc, ut effractio violenta & seditiosa laqueo puniatur, non sufficiat, fores, claustra, vel arcas, vi magna fuisse effractas, sed contrectatio & ablatio quoque accedat, necesse sit. Proinde si quis nihil contractarit & abstulerit, sed in ipso furto deprehensus fuerit, pœna suspendii plecti non debeat, etiamsi vel maxime ædes, fores vel claustra animo furandi effregerit: idque propter textum in *l. 22. ff. de Furt. ibi*: Si quid fur fregerit aut ruperit, quod non etiam furandi causâ contrectaverit, ejus nomine cum eo furci agere non potest, confer. *Art. 159. Ord. Crim. ibique DDres. Add. Carpov. Pr. Crim. P. 2. Qu. 79. num. 58. ibi*: Non ergo effractio violenta laqueo punitur, sed furtum cum effractione commissum. Atqui ubi nulla est facta contrectatio, ibi nec furtum est commissum, quia furtum ipsum est contrectatio *§. 1. Inst. de Obligat. qui ex delict. nasc.* Quibus accedit, quod effractio absque contrectatione, conatus solummodo & attentatum sit furci, non vero ipsum furtum. Jam vero conatum alicujus, delicti poenâ ordinariâ non puniri expeditum est, vid. *Wesenbec. Part. 3. Cons. 114. n. 33. Petr. Theodor. in Colleg. Crim. Diss. 7. th. 6. lit. B. Reusner. Lib. 2. Decis. 21. Carpov. c. l. num. 60.* ibique præjudicium sequentis tenoris: Hat H. L. in guten beskandt und gestanden, daß er unlängsten bey G. L. in dessen Beshausung eingebrochen, dergestalt und also, daß er ein Loch in die Wand gemacht, daß er das Schloß an der Thür aufmachen können, darüber er aber betreten und zur Haßft gebracht worden &c. So wird er wegen solcher seiner Verbrechen, weil er nichts dabey gestohlen und davon gebracht, auf 4. oder 5. Jahr mit Landes-Verweisung in Straff genommen. **B. R. W.**

E

XXVII.

§. XXVII.

Ulterius quoad prædicta, nec hoc omittendum est; quod abruptio & ablatio seræ vel claustri, pro effractione nequaquam haberi, nec fur propter ablationem seræ ceu modicæ, si nil amplius furatus fuerit, suspendi debeat. Et si enim seræ clausa auf ferri nequeat, nisi prius effringatur; talis tamen effractio, ad la quei poenam infligendam non sufficit: quia non fuit cum propo sito ædes ingrediendi, & ibidem furandi, neque hoc factum, fur tum cum effractione commissum proprie vocari, neque pro pterea suspendii poena dictari potest, ceu constat ex *art. 159. Ord. Crim. Carol.* Quod & præjudicio confirmat Carpzov. *Pr. Crim. P. 2. Qu. 79. num. 62. ibi:* Hat H. C. in gutem bekannt, und gestanden, daß er Abends vor Himmelfahrt Christi jüngst verschienen, zween Thor-Riegel mit den Klammeru von der Scheunen vor dem Thore los gebrochen und ausgezogen, und dieselben samt zweyen starcken Vorgeschlössern gestohlen, des andern Tags frühe hätte er wieder ein Brügel mit zweyen Klam mern von einer Scheunen gebrochen, und nebenst dem Vorge schloß zu sich genommen, desgleichen noch an einer andern Scheune eine Klammer vom Thür-Riegel ausgezogen, und mit dem Vorgeschoß entwendet &c. So wird der Verhaffte der wegen noch eine Zeitlang mit längern Gefängniß in Straff ge nommen, und hernach denselben auf einem gewöhnlich geleistes ten Uhrfrieden, hinwegwiderumb entlediget. *B. R. W. M. Junio An. 1626.* Quod si tamen fur quispiam tot seras & claustra ab ruperit, & abstulerit, ut eorum omnium æstimatio valorem quin que solidorum excedat; quin is suspendi debeat, dubium non est. Non quidem propter effractionem, sed ob simplex furtum, cujus quantitas quinque Ducatos superat, vid. Carpzov. *cit. loc. n. 63.*

§. XXVIII.

Coronidis loco adhuc unicam circa hanc materiam conside ratu dignam proponere lubet Quæstionem, nim. hanc: Quam poe nam

nam incurrat Reus incarceratus, si carcerem effringat, indeque effugiat? Cujus Quæstionis decisionem ex l. 1. in pr. ff. de Effraetor. & Expilat. petendam esse: communiter statuunt DDres: Ubi verba hæc habentur: *De his, qui carcere effraeto evaserunt, sumendum supplicium divi fratres Aemilio Tironi rescripserunt. Saturninus etiam probat, eos, qui de carcere eruperunt, sive effraetis foribus, sive conspiratione cum cæteris, qui in eadem custodia erant, capite puniendos; quod si per negligentiam Custodum evaserunt, levius puniendos.* Unde patet, hoc casu poenam capitis præstitutam esse: Quodnam vero supplicium per capitis poenam ibidem intelligi debeat, anxii laborant Interpp. & diversimode sentiunt: prout octo refert opiniones distinctas Prop. Far. in *Prax crim. l. 1. tit. q. 30. n. 2. & seqq.* ubi concludit: Reos, carcerum effraetores arbitrariâ poenâ puniendos esse. Idemque sensisse videntur Nicol. Boer. *Decif. 215. n. 22.* Bonifac. de Vitalin. in *tit. de carcer. privat. num. 12.* Lud. à Peguer. *Decif. 1. n. 6.* Addatur omnino Carpzov. P. 3. *Qu. 111. n. 90. seqq.* ubi in decidenda hac Quæstione, ante omnia ad id respiciendum esse existimat, an Reus carcerem effringens, propter commissum delictum, quod mortis poenam meretur, fuerit incarceratus: Quo casu omnino ultimo supplicio afficiendum esse statuit, modo tamen confessio criminis (quæ vel ob solam effractionem, ceu sufficiens indicium ad torturam, quæstionibus extorquenda est) accedat. Quodsi vero delictum ab incarcerationis commissum tale non sit, propter quod alias mortis supplicium est irrogandum; tum ob solam effractionem & fugam Reos non morte plectendos, sed arbitrariâ solummodo poenâ afficiendos putat, idque propter veriore sententiam, quam late defendit Farin. d. *quæst. 30.* eumque sequitur Petr. Theodor. in *Colleg. Crim. disp. 3. tr. 16. lit. D.* Graviori igitur quam suscitationis poenâ, Reum incarceratum, ob effractionem carceris puniendum non esse existimat. Quæ tamen poena multis casibus mitiganda est; veluti quando incarceratus per negligentiam custodum, alio-

rumve opem & auxilium, evasit, qui certe non capitaliter, sed levius puniri debet. *dict. l. 1. ff. de effrat. & expilat.* Aut quando injuste fuit incarceratus, *Gloss. in Clement. Pastoralis. verb. per violentiam.* ubi *DDres. de sent. & re judic.* Jac. Menoch. *de Arbitr. Judic. Qu cas. 301. n. 14.* Bertaz. *Conf. Crim. 35. n. 33.* Vel sine fractura carceris violenta aufugit, aut propter Judicis favitiam, vel periculum aquæ & ignis, arg. *l. 27. ff. locat. l. 49. §. 1. ff. ad Leg. Aquil.* Paris de Puteo *de Syndicat. in verb. fuga officialis c. 2. n. 4.* Joseph. Mascard. *de prob. vol. 2. concl. 810. n. 12. 13.* Aut quod animum habuit redeundi, *l. 13. ff. de custod. Reorum.* Quibus ut & aliis ejusmodi casibus, mitior poena sufficere videtur, ideoque Judex pro discretionem suam, ponderando qualitatem fracturæ aliasque circumstantias, Relegationem aut poenam carceris, vel etiam multam arbitrariam Reo irrogare potest. Hinc cum Reus quidam incarceratus ope & auxilio ab alio sibi præstito è carcere liberatus aufugit, Scabi ni Saxon. in hunc modum responderunt: *Habt ihr N. S. wegen seines Muthwillens und Ungehorsams, in gefängliche Haft nehmen lassen, und es hat ein Mühl-Knecht G. W. genannt, mit seiner Bind-Art, auf sein des Gefangenen Geheiß, das starcke Vorhänge-Schloß von der Gefängniß-Thür abgeschlagen, darauf Gefangener die Thür aufgemacht, und mit dem Mühl-Knecht davon gegangen &c. so werden sie beyde, wenn sie wieder zu haften kommen, einen Monat lang mit Gefängniß gestrafft und mit Wasser und Brod gespeiset. V. R. W.* Et in casu haud multum dissimili: *So viel aber Facium und Heinrichen die Frackschneidere anlanget; mögen dieselbe derowegen, daß sie sich aus der Gefängniß selbst loß gewürcket, um eine ziemliche Geld-Busse, ihrem Vermögen nach in Straff genommen werden. V. R. W.*

§. XXIX.

Ex his igitur, quæ hic ultimo loco fuerunt adducta, ulterius patescit; quod & hi, qui Reum carceri inclusum liberant,

runt, non sint extra omnem legis poenam: ita, ut quamvis non potuerint perficere, sive in ipso actu illicito fuerint intercepti, propter consilium fraudulentum violentiæ tamen castigationem mereantur, *l. pen. ff. de custod. & exhib. reor.* Quod si vero liberatio actu secuta sit, effractores eadem teneantur poenâ, quæ carcerato imminebat, Coler. *P. 1. Dec. 166. n. 3.* Bartol. *in l. sed eximendi §. 1. in f. n. 4. ff. ne quis eum, qui in jus voc.* quod consuetudine ita observari testatur Carpzov. *P. 4. C. 13. D. 8. n. 5.* & concordat textus Juris Saxonici, *Land: R. lib. 3. art. 9. ibi:* Welcher Mann auch einen beflagten Mann umb Ungericht dem Gericht gewaltiglichen entführet, wird er gefangen mit Gerüffte, er soll gleiche Pein mit jenem leiden: Kümpt er aber hinweg, man ächtet in zur Hand, so das man in in der handhaffigen That gesehen und beschrien hab mit Gerüffte, und man das auch gezeugen mag. Possunt quoque ejusmodi Effractores, qui hostili & armata vi captivos è carceribus abducunt, ob fractam pacem publicam gladio puniri, & liberum est Judici, quam poenam ejusmodi delinquenti pro ratione circumstantiarum irrogare velit, Carpzov. *loc. cit.* Extenditur hoc, ut eadem poena obtineat, licet quis injuste ad mortem condemnatum eripere velit, quia datur aliud remedium ordinarium, nempe provocatio contra sententiam in reum prolatam, quæ provocandi facultas cuilibet conceditur, *l. 29. C. de appet. l. 176. ff. de R. J. Tholosan. Synt. jur. univ. l. 36. c. 25. n. 37.* Poenam quoque arbitrariam merentur, qui sine vi aliqua vinctum hominem à malâ mansione liberarunt, nec eos excusabit, si dicant, se misericordiâ ductos tale quid fecisse, esset enim hæc misericordia plane intemptiva, quæ non excusat, per *l. 7. pr. ff. de pos. Tholosan. d. l. 36. c. 33. n. 31. Zœf. d. l. n. 19.* Nec illi sunt impuniti, qui vel instigarunt ad carcerem effringendum, vel alias modum fugæ suggererunt, e. g. si quis carcerato præbeat instrumenta, quibus carcer possit effringi, vel vincula incidi. Menoch. *de arbitr. Jud. Q. l. 2. cas. 301. n. 21.* Ceterum ad poenam mitigan-

gandam multum facit affectus erga carceratum, ut si uxor industriâ suâ vel aliâ quadam arte maritum carceribus liberare velit, vel actu liberaverit, de quo casu notari meretur Exemplum de Uxore Hugonis Grotii, Maria de Kegelsberg, quæ maritum in arce Lövensteinensi captivum cistæ inclusum, è carcere mittebat, eumque hoc modo liberabat: Plura alia videre licet apud Gomez. *Var. Rejol. L. 3. cap. 9. in fin. Zoef. d. l. num. 27. in fin.*

§. XXX.


Atque hæc sunt, quæ de hac nobilissima pariter ac utilissima materia, non quidem pro ejus dignitate, sed instituti nostri ratione & ingenii modulo breviter & leviter colligere volumus, potuimus. Cum autem juxta tritum illud & vulgatum:

Omnia tunc bona sint, clausula quando bona est;

Idcirco & nos hujus docti Dicti meritò memores, hanc Dissertationem nostram claudimus atque ocludimus hoc pio Epilogo, firmissimoque clastro:

*Sit DEVS Arx nobis, nec non fortissima Turris,
Sit Clavis, per quam referare valemus Olympum,
Cui Soli sit laus, & honos, & gloria cæli.*

F I N I S.



DUm sanctæ Themidos conaris scandere in Arcem:

Nisibus applaudo, cunctaque fausta precor.

*Votivas has lineolas prope atâ manu,
ac sincerâ mente apposuit,*

PKAESSES.

Wer

Wer so, wie Du, mein Freund! mit Fleiß und Ruhm
 studieret,
 Dem kan der Pallas Thron auch nie verschlossen seyn.
 Drum führet sie Dich vorheut auch in den Tempel ein,
 Wo ihrer Gottheit Pracht den Fleiß mit Ruhm beziehet.
 Komm, spricht sie, nimm von mir die Schlüssel wahrer Zu-
 gend,
 Eröffne Dir dadurch den Weg zur Ewigkeit,
 Verwahr durch dieses Schloß die Lusternheit der Jugend,
 Denn diese wird gar oft im Alter noch bereut.
 Berrichst Du diß, was kan denn andere draus entstehen,
 Als daß Dein festes Glück nie kan zu Grunde gehen.

Mit diesen wenigen Zeilen
 wollte

dem Hoch-Edlen Herrn RESPONDENTEN
 seine Ergebenheit an den Tag
 legen

JOH. MAVR. Sichtner/
 Jur. Stud.

Doctus occluso calamus libello
 Nuper inscripsit: PRETIUM INTVS EXTAT.
 Nempe tunc profunt, ubi deteguntur
 Clavibus, artes:
 Hocce testatum generosus ibas,
 MI ROSENHARDI: referare quippe,
 Utiles claves adhibendo, Juris
 Claustra studebas.
 Ecce thesauros, quibus est referta
 Turris Astraeae! PRETIUM INTVS EXTAT.
 Claustra & hae claves TIBI compararunt
 Praemia tanta.

Claustra

Claustra & has claves canit ipse Apollo,
 Alma Musarum sequitur corona,
 Edit applausus, & honore claudit
 Dextra Themistos.

*Hos tenues modulos
 Praenobilissimo nec non Doctissimo Domino
 Auctori atque Defensori hujus Dissertationis
 in sincerae mentis
 promebat*

MARTINVS POPPE,
 Ratisp. Opp.

Justitiæ hoc proprium est, ostendere Lumine claro,
 Quid justum circa personas, juraque Rerum,
 Quid justum circa claves & ferrea claustra,
 Plenius inquirat ROSENHARD, noster Amicus,
 Ex animi affectu sincero gratulor, optans
 Faustos successus & præmia digna Laborum.

*Generoso & virtutum laude clarissimo
 DN. RESPONDENTI
 ad declarandum cultum
 honoris & amoris
 hæc pauca posuit*

JOH. DANIEL GEVBEL,
 LL. Cultor, Opp.





ULB Halle
005 028 493


3



SB







7. 7.
DISSERTATIO IVRIDICA
DE 1726, 7

EO

QVOD IVSTVM EST
CIRCA CLAVES
ET CLAVSTRA

QVAM

PRÆSIDE

IOH. GEORG. FICHTNERO

IVRIVM DOCTORE ET PANDECTARVM

PROF. PVBL.

PERILLVSTRIS REIPVBL. NORIM-
BERGENSIS CONSILIARIO

PLACIDAE COMMILITONVM VENTI-
LATIONI EXPONIT

RESPONSVRVS AVTOR

IACOBVS GVILIELMVS CHRISTIANVS
ROSENHARD

DICTVS GLOCKENGIESER A GLOCKENHOFF
NORIMBERGENSIS

AD D. FEBR. A. R. S. MDCCXXVI.

ALTORFII

LITERIS MAGNI DANIELIS MEYERI

